

*Ecclesia h3 clavis*

*habens religiosi fuerit  
vltima ad rem*

*Secreta satisfactio.*

*Venialia peccata.*

*Per oratione dominicā etiā crimina pœnitenti remittuntur.*

*Ignoscentia eleemosynæ genus.*

*Castigatio, eleemosyna.*

*Multa genera eleemosynarum*

*Peccatorū discrimen.*

quibus clauibus quodcunq; in terra soluitur, etiam in cœlo solutum promittitur. Et multo honestior est humilitas, qua se quisque humiliat ecclesiæ dei: & labor minor imponitur, & nullo temporalis mortis periculo mors æterna uitatur. Hæc dicta sunt de publica satisfactione, qua quisq; humiliando se non solum coram deo, sed etiam coram ecclesia, quæ habet clauis regni cœlorum, in qua fit remissio peccatorū ad arbitrium antistitis satisfacere debet. Sed & secreta satisfactione solui mortalia crimina non negamus. Sed mutato prius seculari habitu, indefesso religionis studio, per uitæ correctionem, & iugi imò perpetuo luctu, miserante deo. Ita duntaxat, ut contraria pro his quæ pœnitent, agat. De quotidianis autem leuibusq; peccatis, sine quibus hæc uita non ducitur, quotidiana fidelium oratio satisfacit. Eorum est enim dicere: Pater noster qui es in cœlis, quia iam tali patre regenerati sunt, ex aqua & spiritu. Delet omnino hæc oratio dominica quotidiana peccata. Delet & illa à quibus uita fidelium etiam scelerata gesta à se pœnitendo in melius mutata discedit, si quemadmodū ueraciter dicitur: Dimitte nobis debita nostra, quoniam non desunt quæ dimittantur, ita ueraciter dicatur: Sicut & nos dimittimus debitoribus nostris, id est, fiat quod dicitur, quia & ipsa eleemosyna est, ueniam homini pœnitenti ignoscere. Ac per hoc ad omnia quæ utili misericordia fiūt, ualet quod dominus ait: Date eleemosynam, & ecce omnia munda sunt uobis. Non solum ergo qui dat esurienti cibum, sitienti potum, nudo uer, stimentum, peregrinanti hospitium, fugienti latibulum, ægroto uel in cluso uisitationē, captiuo redemptionē, debili subuectionem, cæco deductionem, tristi consolationem, non sano medelam, erranti uiam, de liberanti consilium, & quodcunq; necessarium est indigenti: uerum etiam qui dat ueniam peccanti, eleemosynam dat. Et qui emendat uerbere, in quē potestas datur, uel coërcet aliqua disciplina, & tamen peccatū eius quod ab illo læsus aut offensus est, dimittit ex corde, id est, orat ut ei dimittat, nō solū in eo quod dimittit atq; orat, uerū etiam in eo qd' corripit, & aliqua emēdatoria pœna plectit, eleemosynā dat, quia misericordiā præstat. Multa enim bona præstant inuitis, quādo eorū cōsultur utilitati nō uolūtati. Multa itaq; sunt genera eleemosynarū, quæ cum facimus adiuuamur, ut dimittantur peccata nostra, sed ea nihil est maius qua ex corde dimittimus, quod in nos quisq; peccauit. Quisq; autem roganti & pœnitenti, ex corde non dimittit, nullo modo existimet à deo sua peccata dimitti. Quæ sint autē leuia, quæ grauia peccata non humano, sed diuino sunt pensanda iudicio. Videmus enī quædā ab ipsis quoq; apostolis ignoscēdo fuisse cōcessa, quale illud est qd' uenerabilis

nerab  
ad ter  
uos fa  
pecc  
num  
tem  
turpe  
num  
nisi a  
num  
apost  
omn  
iniqu  
quod  
cont  
ne re  
hab  
talia  
terri  
ceda  
nisi  
tem  
ex  
ann  
ann  
cti  
dun  
te fi  
loq  
nis  
am  
foc  
fua  
pe  
cer  
mu  
fec  
en